



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. La traslación de las reliquias de San Agustín.—II. Método ordenado por Benedicto XV para las conferencias morales del clero.—III. *Academia Marianna*. Premios del año también celebrado en Sevilla en honor de Nuestra Señora de la Peña de Francia.

LA TRASLACIÓN DE LAS RELIQUIAS

DE

SAN AGUSTÍN

Resumen histórico de las reliquias.—Breve de Su Santidad.—La solemne procesión y las fiestas religiosas.—Una poesía del Papa.—El Prelado de Salamanca en Pavia.

La ciudad de Pavia ha celebrado con grandiosa pompa la traslación de las reliquias de San Agustín, desde la Catedral de aquella ciudad á la Basílica de San Pedro *in Ciel d'oro*, quedando encomendadas á la custodia y al cariño de los hijos de la esclarecida Orden Agustiniana.

Al reseñar las espléndidas funciones que con tan fausto

motivo se han celebrado en los días 7, 8 y 9 del mes actual, creemos oportuno dar una ligera noticia de las reliquias del gran Doctor de la Iglesia.

*
* *

Murió San Agustín el 28 de Agosto del año del Señor 430, y su cuerpo fué enterrado en la iglesia de San Esteban, en Hipona.

En el año 486 los Obispos desterrados del Africa llevaron consigo los venerandos restos de San Agustín á Cagliari, capital de la Isla de Cerdeña.

Allí estuvieron, venerados del pueblo cristiano, hasta que Luitprando, rey de los Lombardos, para sustraer á la profanación de los Sarracenos las preciosas reliquias de San Agustín, las trasladó á Pavía el 28 de Febrero de 722, habiéndolas colocado en la iglesia de San Pedro *in Ciel d'oro*, junto al sepulcro de otro gran filósofo, Severino Boezio.

Las crónicas de aquel tiempo refieren los grandiosos festejos que se prepararon para recibir dignamente las santas reliquias, las cuales fueron acompañadas del Rey, de los Príncipes y Prelados.

La iglesia de San Pedro fué encomendada á la custodia, primeramenté, de los Benedictinos, á los cuales sucedieron en 1120 los Canónigos regulares lateranenses, quienes después, en 1327, se unieron á los Ermitaños de San Agustín. En esta época parece que se construyó el soberbio monumento, ideado por Bonino da Campione, de la escuela lombarda, para que sirviera de sepulcro del gran Santo de Hipona. El sepulcro, á modo de arca, todo de mármol blanco, mide cuatro metros de altura y tres de longitud. Está dividido en cuatro compartimientos horizontales, y adornado con 95 estatuas y 50 bajo-relieves, en que aparecen 325 figuras.

Tan artístico y precioso monumento se conservó durante cuatro siglos en la sacristía de los PP. Ermitaños Agustinos, hasta que, después del decreto de reconocimiento de las reliquias de San Agustín en el siglo XVIII, fué trasladado al altar mayor de la Basílica de San Pedro *in Ciel d'oro*.

Allí no permaneció más que hasta 1800, en que fué trasportado á la Catedral de Pavía.

En 1832 las reliquias del Santo, que se guardaban en la Catedral desde que en 1799 cesaron de custodiarlas los Agustinos, se encerraron nuevamente en el suntuoso monumento, obra del Bonino.

Han permanecido en la Catedral hasta estos días en que vuelven á ocupar las reliquias el primitivo lugar en que las colocó Luitprando en la iglesia de San Pedro *in Ciel d'oro*.

*
**

A instancias reiteradas del actual General de la Orden Agustiniana, nuestro compatriota el Rdmo. P. Tomás Rodríguez, secundado ardorosamente por el Prelado de Pavía, Su Santidad el Papa Leon XIII se dignó acceder á la traslación, dando para ello el Breve pontificio siguiente:

LEO PP. XIII

Ad futuram rei memoriam

Venerabilis Frater Augustinus Episcopus Papiæ unacum dilectis filiis Eremitis Ordinis S. Augustini Papiæ consistentibus supplices Nobis preces nuper admovit, ut mortales S. Augustini reliquiae ad instauratam refectamque S. Petri in caelo aureo Basilicam, pristinum quietis locum, facta a Nobis facultate, transferantur. Id vero ne ipsi temere efflagitare videantur, totam sanctarum exuviarum historiam retexunt, quam placet Nobis summam attingere. Quum itaque Beatus Augustinus Ecclesiae Doctor, e corporis vinculis tamquam ex carcere evolavit, caeloque potitus est, Hippone in Ecclesia Cathedrali Deo sacra in honorem S. Stephani protomartyris, corpus a discipulis peramanter est compositum, ubi diurna in pace conquievit. Sed quum Trasamandus, Vandalorum Rex arianus, crudeli contra catholicos homines excitata persecutione, Fulgentium Episcopum Ruspensem et cum eo quamplurimos Episcopos, Presbyteros, Clericos, Mo-

nachos aliosque Christianos ex Africa in proximam Insulam Sardiniam commigrare atque exulare iussisset; illi ne tantus thesaurus in rapaces adversariorum manus veniret, Augustini corpus et aliasque Sanctorum reliquias in Sardiniam secum transvexerunt. In ea annos circiter ducentos et viginti beatæ illæ exuviæ prodigiis claruerunt, quibus et fama Sanctitatis optimi Antistitis, et veritas reliquiarum est probata et confirmata. Cum autem haud multo post ingens atque effera Saracenorum multitudo Sardiniam pervaderet, atque, ut mos erat eorum, omnia vastatum iret, et ipsum sepulchrum S. Augustini violaret, Luitprandus, Longobardorum Rex pietissimus ob singularem quo ferebatur in Augustinum amorem viros primarios gentis suæ magna cum auri argenti que vi mox Sardiniam in insulam transmisit, Sancti Doctoris corpus pretio redempturos. Legati Longobardi rem, quam curari ab ipsis Rex voluerat, optime gesserunt, et sanctis exuviis navigio impositis unius diei ac noctis spatio sospite cursu Ianuam pertingunt. Quo nuntio nuntiato Rex ipse, cum optimatibus et viris Principibus, cum omnibus regni Episcopis et universo clero usque ad fines agri Derthonensis processit, positisque regiae dignitatis insignibus, magna animi sub missione pronusque in obsequium sacras Reliquias, tamquam oblatum sibi Dei munus, est veneratus. Vere dici poterat de Augustini corpore "ossa eius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt,": multa enim fuerunt portenta et prodigia, quibus voluit Deus famuli sui mortales reliquias illustrare. Simul ac Regis adventus cum sanctis spoliis in Urbe Ticinensi est nuntiatus, tota civitas prope convulsa sedibus suis ad suscipiendas complectendasque Augustini exuvias obviam sese effundit, hymnos et cantus solvit, ea lætitia gestiens, qua, si Rex confecto bello ex hostibus formidolosis triumphum ageret. Papiæ in templo S. Petri in caelo aureo Luitprandus Augustini reliquias composuit, in eo nimirum templo quod, a parentibus suis olim fundatum et dotatum, ipse munifice instauraverat, excoluerat, continent monasterio et redditibus liberaliter auxerat.

Ibi usque ad annum Christianum millesimum sexcentesium nonagesimum quintum beatissimum corpus, oculis quidem Christianorum subductum sed miraculorum fama illustratum iacuit cum civium, tum externorum veneratione cultuque celebratum: verum eo ipso anno feliciter repertum et post longum iudicium et diuturnas investigaciones et a Francisco Episcopo Papien et ab Decessore Nostro Benedicto XIII anno MDCCLXXVIII recognitum, sub ara mamaxima eiusdem templi ad Basilicæ Minoris dignitatem eveci, illustri decorata monumento, requievit. Deinde Basilica ob vetustatem fatiscente, ac prope collapsa, prius in templum Iesu nomini sacrum, postea in Basilicam Papiæ Cathedralē anno MDCCLXXIX rite translatum est. Ibidem anno MDCCLXXXII auctore Episcopo Aloisio Tosi aedicula extracta est, in eaque marmoreum monumentum, quod in honorem Patris sui Legiferi Ordo Eremitarum S. Augustini affabre perficiendum curaverat, quodque hominum iniuria, iniuriaque temporum et verum disiectum erat, repositum est: inde anno insequenti auctoritate et iussu Pontificis Maxime Gregorii XVI Decessoris Nostri, sanctæ Augustinæ reliquiae denuo recognitæ et confirmatæ, ex veteri cupressina in novam urnam aere inaurato conflata sub instaurato monumento collocatæ sunt. Anno autem MDCCLXXXIV hodiernus Antistes Papiæ nactus occasionem instaurationis Basilicæ Cathedralis, ob quam Sancti cineres et ossa suo loco removeri debuerunt, impetrata a Nobis venia, tum autenticam inspectionem et recognitionem confecit, tum urnam argenteis ornamentis, conferente etiam sumptum Capitulo Cathedralis, decoravit. Quum vero nunc vetustissima Basilica S. Petri in caelo aureo, olim labefactata et pene eversa, ad pristinam firmitatis speciem sit revocata, et catholico cultui restituta, et cum Eremitæ Ord. S. Augustini continentis Monasterii suo quodam iure Reliquias Patris sui Legiferi re poscant, et Venerabilis Frater Episcopus Papiæ consilio suo ac prudentia omnia caverit et omnia providerit, ut Sancti Doctoris lipsana convenienter pristina sepulchri loco restituantur, Nos libenter sinimus, ut ille sacrarum

exuviarum thesaurus in Basilicam S. Petri in caelo aureo transferatur quapropter.

Apostolica potestate Nostra per praesentes litteras, servata semper apud Nos et hanc Apostolicam Sedem auctoritate earumdem reliquiarum, ita ut nemini omnium eas surripere et possidere ius sit, facultatem facimus, sacras Beati Augustini Pontificis et Doctoris reliquias á Cathedrali templo ad refectam et restitutam S. Petri in caelo aureo Basilicam transferendi, Volumus tamen et Apostolica auctoritate Nostra decernimus, ut Basilica S. Petri, quae Ordini Eremitarum S. Augustini cum exemptione huic Ordini concessa committetur, id habeat oneris, ut Curioni urbanae Ecclesiae S. Mariae de Monte Carmelo fas sit eam adire, ut inde SS. Viaticum ad proximos Parochianos aegrotos deferendum accipiat; ut translatio sacrarum Reliquiarum declaretur concessa ea conditione, qua, si forte Basilica S. Petri in caelo aureo cultui subtrahatur, vel Eremitae Ordinis S. Augustini inde gravi qualibet causa secedant, iterum illae ad Cathedralis Basilicam reducantur; ut sacri eiusdem thesauri, qui tribus clavibus custodiri solet, clavem unam ipsi Religiosi Eremitani habeant; alteram Episcopus cum Capitulo Cathedralis; tertiam magister seu praeses municipii papiensis, id quod Benedictus XIII Pontifex Maximus largitus est: ut Episcopo et Capitulo Cathedralis ius asseratur accedendi collegialiter quotannis ad Basilicam S. Petri, ut ibidem solemnis in honorem S. Augustini Missa peragatur; ut dum Episcopus pro tempore, quoties publica aliqua causa aut occasio se offerat, ad eandem Basilicam vel dioecesanam peregrinationis decernere, vel ipsemet se conferre ob sacram aliquam functionem solemnem possit.

Decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Indices ordinarios et delegatos indicari et definiiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a

quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinacionibus Apostolicis ceterisque speciali licet et individua mentione ac derogatione dignis contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xiv Septembris mcm. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo tertio.

De speciali mandato SSmi.

A. Card. MACCHI.

*
* *

El domingo, 7 de Octubre, fué el designado para la solemne traslación de las reliquias de que venimos hablando, organizándose, al efecto, imponente procesión, que partió de la Catedral, á las diez de la mañana, terminada la misa que celebró Mons. Pulciano. Abría la marcha el estandarte de la Catedral. En largas y compactas filas formaban las Benedictinas y las señoras de las Conferencias de San Vicente y de Santa Mónica. Seguían las Hermandades y Cofradías con sus respectivas insignias, los cantores, representaciones de las distintas provincias de la Orden Agustiniiana, en las que fijaba su atención el pueblo; iban á continuación los Coadjutores, Párrocos, Preboste de la ciudad, los Sres. Canónigos, con capa pluvial, dos representantes del Capítulo Catedral de Milán, Mons. Comi, Abad mitrado de la Basílica de San Ambrosio, de Milán, y finalmente, los Sres. Obispos, á continuación de los cuales aparecía la urna con las venerandas reliquias del Santo, rodeada de la Curia generalicia agustiniana. Cerraban tan grandiosa comitiva el Emmo. Cardenal Serafin Cretoni y las autoridades civiles y militares. La procesión recorrió, lenta y magnífica, la calle del XX de Septiembre, y plazas de Petrarca y del Duomo á terminar en la Basílica de San Pedro *in Ciel d'Oro*. Los edificios y las calles por donde pasó la procesión estaban ricamente engaladas con colgaduras y flores entrelazadas, formando largas y graciosas *corbeilles*.

*
* *

En medio del mayor orden y entusiasmo indescriptible entró la sagrada urna en el templo en que ha de custodiarse y dió comienzo la santa misa, que ofició el mencionado señor Cardenal.

En el presbiterio, frente los unos de los otros, tomaron asiento: al lado del Evangelio, los Excmos. Sres. Pifferí, agustino, Sacrista de Su Santidad y Obispo de Porfirio; Riboldi; Cámara, agustino, Obispo de Salamanca; Pulciano, Obispo de Novara; Camilleri, Obispo de Gozo, y Mendoza, de Pamplona. Del lado de la Epístola: los Excmos. Prelados de Sigüenza, agustino; de Alejandría; de Jaca, agustino; el Abad mitrado de San Ambrosio, y el Rmo. P. General de la Orden Agustiniiana, Fr. Tomás Rodríguez.

La homilía estuvo á cargo de Mons. Capecci, Obispo de Alejandría, quien manifestó por manera admirable y con elocuencia del alma que los designios inescrutables de la Providencia, el *Digitus Dei*, se veían maravillosa y claramente realizados en el solemnísimó acto que se estaba celebrando. Sin duda,—decía el orador—“porque Dios quería llamar la atención de nuestra sociedad gastada y corrompida hacia el genio de Hipona, el hombre grande, pero no tan recordado como él justamente se merece.”

La función religiosa resultó magnífica y de perdurable recuerdo.

Los fieles continuaron sin interrupción todo el día venerando las santas reliquias de San Agustín.

Por la tarde, en la función de vísperas, predicó el elocuentísimo orador agustiniano, R. P. Semenza.

En los dos días siguientes se celebraron brillantes fiestas en San Pedro *in Ciel d'oro*, habiendo celebrado de Pontifical el día 8 Mons. Bandi, Obispo de Tortona. Por la tarde se cantaron solemnes vísperas y predicó el R. P. Buti, Agustino de Génova.

El día 9, tercero del tríduo, hubo también misa de Pontifical, habiendo predicado una elocuente homilía Mons. G. B. Rota, Obispo de Lodi.

Durante los tres días de las funciones se organizaron atrayentes festejos populares y fantásticas iluminaciones.

*
* *

Su Santidad el Papa, para dar una prueba clarísima de su amor á San Agustín y de la alta complacencia con que ha autorizado la traslación de las venerandas reliquias del Santo, se ha dignado dedicar á tan extraordinario acontecimiento los siguientes clásicos dísticos latinos:

DE SANCTO AUGUSTINO DOCTORE
OD RELIQUIAS EIUS
E TEMPLO MAXIMO
IN ÆDEM PETRI AP. PAPIENSEM
A CÆLO AUREO
RESTITUTAS

Doctrinae laus et vi tutum fama tuarum
Late, Magne Pater, nec peritura sonat.
At sanctum nomen major reverentia, major
Prosequitur populi Te Papiensis amor.
Namque pius clemens, laetis et rebus in arctis
Nos placido recreas lumine largus ope.
Excelsa ast hodie Superum de sede videris
Sumere cum populo gaudia sancta tuo.
Visus enim *coelo* splendecere laetior *aureo*,
Redere et exuvias; ossaque sacra Petro.
Auspicium felix! Italae sic reddita genti
Alma reforescat pax et avita fides.

LEO PP. XIII.

*
* *

Nuestro Rmo. Prelado, que como hemos indicado asistió á estas fiestas con sus Venerables Hermanos en Religión y en el Episcopado de España, los Prelados de Pamplona, Sigüenza y Jaca, tuvo la dicha de llevar amorosamente sobre sus hombros la preciosa urna de las reliquias de su Santo Padre,

que fué conducida durante toda la carrera procesional por Rmos. Prelados y el Consejo generalicio de la Orden Agustini-
niana.

Las fiestas de la traslación de las reliquias de San Agus-
tín sellarán una época en la historia eclesiástica, en la de la
orden religiosa por él fundada y en la católica ciudad de
Pavía.

BENED. XIII METHODUS A CLERO SERVANDA

IN CONGREGATIONIBUS SS. RITUM ET CASUUM
CONSCIENTIAE (1)

1. Qui recordatus fuerit, Deum per Oseam sacerdotibus
veteris Testamenti dixisse (*Osea 4. 6*): *Quia tu scientiam re-
pulist, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi*: bene intel-
liget, quanta scientia in sacerdotio evangelico requiratur,
cum veritati minime negandum sit, quod pro umbra aenig-
matibusque requirebatur. Et major sane scientia iis opus est,
qui in sacris altaribus non jam immundorum victimam ani-
malium, sed Agnum immaculatum Dei offerre, necnon Sa-
cramenta ministrare debent, quae ex latere ejus perforato ad
universi salutem emanarunt. Ne igitur sacerdotes et quilibet
alius altaris minister ut ignorantes a sacrosantis nostris exer-
cendis mysteriis repellantur, frequentent congregationes ca-
suum et rituum tantopere inculcatas et praecise in hoc prae-
senti Concilio Romano; hae autem modo sequenti fieri debent.
Semel igitur singulis hebdomadis in locis ab Episcopis, Ro-
mae autem ab Emo. Cardinali Vicario designandis, alternatim
modo casuum, modo rituum habebitur congregatio. Erit prae-
fectus, qui praesidebit et ab Episcopis constituetur; hi pariter
secretarium eligent, cum officio sequenti:

(1) Véase lo dispuesto sobre esta materia en nuestro Sínodo diocesano,
lib. III, tít. II: *De collationibus clero habendis*.

2. Dies horaque praefixa significabuntur a praefecto cujusque loci. Dimidio horae ante conventum secretarius ipsius congregationis per dimidium quadrantis horae aes campanam illius ecclesiae pulsari mandabit, in qua congregatio facienda erit.

3. Postquam omnes, qui convenire debent, in loco designato congregati sunt, conventum inchoabit hymnus: *Veni Creator Spiritus*, cui ipse praefectus adnectet Orationem Spiritus Sancti, Beatae Virginis et *Actiones nostras* etc.; quod dum fit omnes genuflectunt.

4. Oratione finita quisque ordine assidebit ex utroque latere dimidia pars, et medius ante clerum praefectus sedebit, qui ante se mensulam habebit una cum iis libris, quos necessarios existimabit, et horologio ad metiendum tempus, per quod conventus durare debeat, quod quidem ad minimum unius saltem sit horae.

5. A latere ejusdem mensulae sedebit secretarius, qui notulam eorum omnium habere debet ecclesiasticorum, qui ad conventum tenentur, recnon chartam, calamum, atramentarium librumque grandem, quae omnia a procuratoribus Capitulorum, collegiorum et cleri ad conventum obligati subministrari debent, in quo libro una cum eorum decisionibus adnotandi erunt casus, qui in quolibet conventu discutientur, ut mox, ubi de secretarii officio sermo fiet, dicetur.

6. Postquam suam quisque occupavit sedem, praefectus per horae quadrans leget explicabitque caput alicujus Concilii provincialis vel dioecesani, ad propriam dioecesim pertinentis, ut hoc modo cuivis in mentem revocetur et inculcetur lex, quam et ipse observare et ab aliis observandam curare debet.

7. Qua lectione et explicatione peracta transitus fiet ad discussionem unius casus, sive ritualis, sive moralis ut supra n. 1. dictum est, de quo ad minimum duo disserent; et isti designabuntur per sortem, educendam ex capsula quadam, ubi in singulis chartulis inscriptum reperietur nomen cujusque eorum, qui ad conventum tenentur, ut sic omnes prepa-

rati accedant. Discussio haec per horae quadrans durabit, et longius, sicut expediens videbitur, ita tamen, ut cum doctrinae soliditate, brevitate et sine verborum strepitu procedat.

8. Finita hac discussione ipse praefectus aut quidam alius (justa aliam meliorem regulam, pro numero praesentium sorte educendus ex alia capsula et quindecim diebus ante certior faciendus) casus propositi definitivam resolutionem solidis iis determinabit doctrinis, quas ipse veriores existimabit ac fundatiores. Et ut omnes se valeant praeparare, cuique injungitur, ut secum habeat librum alicujus auctoris classici, practice agentis de theologia et casibus moralibus; et pro materia sacrorum rituum habeantur saltem commentarii *Sarnelli*, jussu SSmi. D. N. primum atque iterum typis mandati, *Gavanti*, *Baudry*, et parochi etiam *Corsetti*.

9. Tertia horae parte actu exercebuntur sacri ritus, inchoando a Missa privata, Missa solemnī, functionibus parochialibus et administratione Sacramentorum; notandum tamen quod singulis vicibus pauca tantum, eaque cum attentione peragantur ab eo, qui a praefecto designabitur, a quo pariter determinabitur magister caeremoniarum pro animadversionibus et emandationibus in re praesenti faciendis.

10. Ultima horae pars in oratione mentali ita impendetur, ut unus, primis vicibus a praefecto designandus, juxta methodum a S. Francisco Salesio traditam puncta proponat meditationis, quae ad majorem commoditatem ac facilitatem a celebri *Thoma a Kempis* desumi possunt. Deinde vero, si praefecto videbitur ex altera capsula sorte educetur, qui meditationem proponat ut unusquisque in hoc tan necessario utilique orandi modo exerceatur

11. Tandem meditatione finem imponet brevis quaedam oratio. ex. gr. *Agimus* etc., *Confirma hoc Deus* etc., et Litaniae Beatae Virginis easque subsequens oratio.

12. Quibus exercitiis perfectis indicetur per secretarium proxima congregatio juxta folium a praefecto tradendum, in quo determinentur dies et hora, casus discutiendus, una

cum illa functionis parte, quae peragenda erit, et qui meditationis puncta proponet. Hoc folium in loco patente sacristiae affigendum erit, ut ab omnibus legatur et unusquisque per studium dubii discutiendi resolutionem oportune praevidere et ad bene peragenda[m] propositam functionem praeparari valeat.

13. Officium porro secretarii in hoc erit, ut dimisso conventu, in libro supradicto ipse res gestas summarie inscribat: notabit in primis diem, horam, locum, ubi conventus fuerat, una cum nominibus singulorum ecclesiasticorum, qui convennerant, aut, quo brevius fiat, pro debita correctione eorum nomina, qui abesse solent; tum adnotabit casum examinatum; nomina eorum, qui sorte electi de eo discurrerunt, et decisionem, ab eo accipiendam, qui illam dedit: deinde partem peractam functionis notabit, et tandem proprio nomine et cognomine subscripto totum concludet.

14. Quibus omnibus peractis idem secretarius in notula, ab ipso subscripta, nomina adnotabit eorum, qui sine legitimo impedimento, a praefecto semper approbando, abfuerint, eamque loci Vicario tradet pro debitis poenis exigendis; propria autem erit ipsorum Vicarium obligatio videndi simulque invigilandi, ne officio suo secretarius desit, eo fine, ut ad opportuna remedia procuranda ipsos Episcopos certiores faciant.

15. Et quoniam in secretario summa requiritur fidelitas quum libro ab ipso conservato plena fides praestanda si, quoad attestaciones, quae jussu aut Episcopi aut ejus curiae circa frequentiam ecclesiasticorum extrahentur, ipse supra S. Evangelium in manibus Vicariorum locorum juramentum deponet, quo sese ad fidelem sui officii administrationem obstringat; neve in ipso libro congregationum actum juramenti praestiti adnotare omittat.

16. Hic liber, in cujus exordio haec methodus inscribetur, quolibet saltem anno ab Episcopis eorumve Vicariis Generalibus inspiciendus erit; ipsi vero non moleste ferent, interdum talibus interesse conventibus, ut quomodo agantur,

quaeque inde utilitas redundet, observent, et imprimis, (plures cum sint, qui negligunt, quam qui servant leges) ut proprio exemplo fastidiosos moveant.

F. A. ARCHIEPISCOPUS ABELINEN., *Secretarius*.
S. Congr. Concilii.

ACADEMIA B. MARIANA

LISTA de los Señores premiados en el Certamen celebrado el 14 de los corrientes en honor de Nuestra Señora de la Peña de Francia (Salamanca).

PREMIOS Á LA POESÍA

Premio primero. — *Flor natural*

Premio.... Núm. 91.—D. Juan Francisco Muñoz Pabón, presbítero, Parroquia de Santiago, Sevilla.

Premio especial creado por la Dirección á petición del Jurado.

Premio.... Núm. 95.—D. Angel del Arco, Tarragona; (Museo Arqueológico).
Accésit 1.º » 79.—D. Jaime Boloix Canela, Puerta ferrisa, 14, Barcelona.
» 2.º » 75.—D.^a María Josefa Peña, Molineros, 12; Palma de Mallorca.
» 3.º » 51.—D. Narciso Diaz de Escovar, Zorrilla, 2, Málaga.
» 4.º » 74.—D. Antonio Osete, Totana, Murcia.
Mención... » 23.—D. Guillermo Roig, Pbro.; Buenos Aires, 6, Sineu (Mallorca).
» » 26.—El mismo.
» » 94.—D. Lorenzo García Huerta, Presbítero, Cezezo de Arriba, (Segovia).

Premio II.—*Im gen del Sagrado Corazón de Jesús.*

Premio.... Núm. 89.—D. Narciso Diaz de Escovar.
Accésit.... » 54.—D. José Lidon Pérez, Prebítero, Jérica.
Mención.. » 84.—D. Pedro Beleta Gasull, Presbítero, Santa Madrona antigua, Barcelona.

Premio III.—Objeto artístico

Premio....	Núm. 105.—D. José Estadella Arnó, Lérida.
Mención...	» 32.—D. Jaime Boloix y Canela.
»	» 39.—D. Juan Llorens Fábrega.

Premio IV.—Joya emblemática.

Premio....	Núm. 4 —D. Antonio de la Cuesta y Sainz, Ribera, 3, pral, Bilbao.
------------	---

Premio V.—Englantina de plata

No se adjudicó.

Mención ..	Núm. 5.—D. Antonio María Peña, Molineros, 12; Palma de Mallorca
»	» 40.—D. Narciso Díaz de Escovar.
»	» 58.—D. Pablo Sanz Calleja, Salamanca.

Premio VI.—Ramo de jazmín de plata

Premio....	Núm. 50.—D. Narciso Díaz de Escovar.
Accésit...	» 81.—Doña Trinidad Aldrich de Pagés.
Mención...	» 2 —D. Alberto J. de Thous Moncho, Magdalena, 14, Badajoz.

Premio VII.—Ramo de violetas de plata

Premio....	Núm. 93.—D. Juan Francisco Muñoz Pabon, Pbro.
Accésit 1. ^o	» 92.—El mismo.
» 2. ^o	» 11.—D. Ro nualdo Zugasti, Escolapio, Irache (Navarra).
» 3. ^o	» 52.—D. Narciso Díaz de Escovar.
» 4. ^o	» 3.—D. Antonio de la Cuesta y Sainz.
» 5. ^o	» 82.—D ^a Trinidad Aldrich y de Pages.
Mención...	» 16.—D. Guillermo Roig, Pbro.
»	» 55.—D. José Lidón Pérez, Pbro.

Premio VIII.—Ramo de pensamientos de plata

Premio....	Núm. 30.—D José Piñol Mirada, Madrid.
Mención ..	» 45.—D. Francisco Ubach y Vinyeta.

Premio IX.—Ramo de claveles de plata

No se adjudicó.

Mención...	Núm. 67.—D. José Blanch y Romaní, Concejo de Ciento, 292 2. ^o , 1. ^a Barcelona.
------------	---

Premio X.—Medallas de plata.—No se adjudicó

Mención...	Núm. 9.—D Guillermo Roig, presbítero.
»	» 17.—D. José Guardia Romeu, presbítero, Boix, Lérida.

- Mención... Núm. 24.—D. José Piñol Mirada.
» » 25.—D. Salvador Roca, presbítero, Vicario de San Juan Bautista, Reus.
» » 33.—D.^a María Ignacia Cortés, San Bartolomé, 22, 1.^o Palma de Mallorca.
» » 44.—D. Jaime Boloix y Canela.

PREMIOS Á LA PROSA

Premio I.—*Objeto de arte*

- Premio.... Núm. 66.—D. Santiago Yubero de la Torre, Pbro., Mendizabal, 32 pral derecha, Madrid.
Mención... » 65.—D. Baldomero Diez y Lozano, Doctor Casal, 16, 2.^o derecha, Oviedo.

Premio II.—*Una pluma de ébano y plata.*

Desierto.

Premio III.—*Una rosa de plata*

- Premio ... Núm. 49.—D. Manuel Cortés y Segura, Pbro., Baratillo, 14, 1.^o Palma de Mallorca.

PREMIO Á LA PINTURA

Trescientas pesetas

- Premio.... Núm. 85.—D. Salvador Torres Gálfaro, Vallori, 25, Palma de Mallorca.

PREMIOS Á LA MÚSICA

Premio I.—*Una plancha de mármol.*

- Premio.... Núm. 42.—D. Jacinto Vergés y Gilavert; Palo Santo, 10, 2.^o, Reus.
Mención... » 80.—El mismo.
» » 20.—D. José Gols Veciana, Talavera, 13, 2.^o; Tarragona.
» » 99.—D. Francisco Brunet Recasens, San Honorato, 7, 3.^a, 2.^a; Barcelona.

Premio II.—*Una lira de plata*

- Premio.... Núm. 63.—D. Francisco Brunet Recasens.
Lérida 15 de Octubre de 900 —El Director, José A. Brugulat.—
El Secretario, Manuel Gaya y Tomás
El tema para el próximo Certamen: *Nuestra Señora de las Sogas en Bellvis (Lérida)*.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 4.